

**Programma Rectoris Johannis Quistorpii, S. S. Theol. D. Pastoris ... Super Obitu Viri ... Dn. Johannis Beselinß/ Patritiae ac Senatoriae dignitatis viro primario. P. P. Rostoch. XXII. Novemb. Anno cl Ic LIII. Consuetus fiet hora I. in templo Mariano**

Rostochi[i]: Kilius, 1653


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746855346>


Druck Freier  Zugang




Qvistorp, J.,  
in J. Beselin.

R. 1653.







1683  
39.

PROGRAMMA  
RECTORIS  
JOHANNIS QVISTORPII,

S. S. Theol. D. Pastoris ac Professoris  
in Ecclesia & Academia Rostochiensis,

SUPER OBITU

*Viri Amplissimi & Prudentissimi*

DN. JOHANNIS


Beselinß /

Patritiæ ac Senatoriæ dignitatis  
viro primario.

*P. P. Rostoch. XXI. Novemb,*

ANNO dō 1683.

Conventus fiet hora. I. in templo  
Mariano.



ROSTOCKI,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

10

PROGRAMMA  
RECTORIS  
JOHANNIS QVISTORPII  
S. S. Theol. D. Rectoris ac Professoris  
in Facultate & Academia Rostockensi  
SUPERIORI  
AUGUSTINUS.  
Omnia quæ videntur quasi  
pereundo humanis oculis subtrahi,  
salva & integra sunt Omnipotentia DEI.





RECTOR  
JOHANNES QUISTORPIUS,  
Theol. D. Past. & Prof. in Eccles.  
& Acad. Rostochiensis.



Hic Amplissimus Senator Dn. J. Beselin/ primus est in hoc meo magistratu, ad cuius exsequialia iusta persolvenda Academia Civis convocare nunc cogor. O lachrymabilem laborem, quem tui causa amice pl. colende subire cogor. Utinam tibi longius inter vivos commorari, & Patriæ Republicam autoritate & consilio ad pl. adhuc annos regere, licuisset. At frustra hoc in votis habeo, aliter visum fuit Deo, qui te diutius Reipubl. ac tuis noluit superstitem, sed ex miseriarum valle deduxit ad Cæleste gaudium. Equidem pius quisq; qui hujus mundi fallacias ac fraudes perspectas habet, potius bene quam male huic defuncto factum existimabit. Nam hostis noster nos adhuc in via positos, quanto magis sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit. Velut canis



non mordet domesticos. sed eos qui foris sunt, sic  
diabolus non inquietat eos, quos quiete possidet, sed ju-  
stos ac bonos. Quare & Raphael recte Thobiae dixit:  
Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio te pro-  
baret. Cum E. innumerabilibus periculis piorum vita  
mortalis sit exposita, quis non luctui modum sistet,  
quando bene mortui, à miseræ hujus vitæ laboribus  
quiescunt? Melior est æquidem dies mortis die nativi-  
tatis, nam Mors nos ex miseris educit, & nativitas in-  
eas deducit. Mors est nostrorum malorum omnium  
finis. Unde & R. David Deum devote rogabat: Educ  
de custodia animam meam; siquidem beate hinc disce-  
dentes, liberi ex hujus corporis ergastulo cum Christo  
regnabunt. Hinc quoq; agonizantes dicere possunt  
se desentibus, quod Salvator mulieribus Hierusoly-  
mitanis objecit, Luc. XXIII. Nolite flere super me, sed  
flete super vos ipsas; cum viventes in libertate, non sint  
deplorandi à mancipiis. Quemadmodum Noah in arca  
inter immanes belluas & serpentes venenatos, interq;  
nymborum ac fluctuum fremitus, non potuit non terre-  
ri plurimum ac propè præ metu emori; sic nos in hoc  
vitæ transitoria Oceano navigamus, ut facile allida-  
mus ad periculosos scopulos, & adversitatum turbines  
in nos conspirantes experiamus. Sed fluctuatio ista,  
non est perpetua; sicuti enim Nohe navigium post vari-  
as concussiones tandem in vertice montis subsistere cæ-  
pit, ita quisq; suam divinè præscriptam metam  
habet, ad quam ubi appulit, mox è fluctibus tumultuan-  
tibus eripitur, & ad quietis locum transportatur. Evi-  
dens hujus rei exemplum videmus, in Viro Spectatissi-  
mo ac Prudentissimo Dn, JOHANNÈ Beselin / Se-  
natore


natorē de Patria bene merito, qui exantlatis vārii vitæ  
hujus ac officii onerosissimi modestiis, nunc in portu  
navigat. Ingressus ille fuit curarum hoc mare, anno  
supra sesqui millesimum nonagesimo quinto, XII. Cal.  
Decemb. prognatus ex Parentibus laudatissimis Dn.  
JACOBO Deselin / Sedecimviro ac Curatore tem-  
pli Nicolaitani exoptatissimo. Et MARGARETA  
Havemans / Matrōna selectissima; Avum paternum  
habuit Virum Amplissimum Dn. JOHANNEM  
Deselin / Senatorem hujus Reipublicæ Spectatissimum,  
cui Matrimonio juncta fuit MARGARETA Steins/  
itidem Senatoris Dn. JACOBI Steins / filia optima.  
Mater nostri pie defuncti, fuit filia Civis & mercatoris  
apud Rostochiensēs Integerrimi VALENTINI  
Havemans / & CATHARINÆ Rolsowen. Quarum  
celebratissimarum familiarum, quibus genus hujus A-  
dami inflammatum est, splendorem & præstantia facta,  
recensere esset historici non hujus temporis instituti:  
Censuit potius hic Beatus Vir idem quod Satyricus e-  
nuntiavit; Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pon-  
tice, longo sanguine censerī, pictosq; ostendere vultus  
Majorum, & stantes in curribus Æmylianos, si coram Le-  
pidis malè vivitur? Sed veram nobilitatem existimavit,  
quæ homines facit filios Dei, & hæredes regni cœlestis.  
Supra nominati parentes, qui servare optimum libero-  
rum esse patrimonium. animum bonis literis recte infor-  
matum, idē in prima ætate, domi cum in vera pietate,  
educarunt, & postea in schola Patria tum temporis Ex-  
cellentissimo Dn. Rectori M. JOHANNI POS-  
SELIO, Græcæ linguæ Professore, formandæ juventu-  
tis artifice dextro & felici, erudiendum tradiderunt.  
Postquam adolevit, ablegarunt illum Anno 1612. in


Scholam Stadenſem, ubi Reſtore M. STATIO BULSCHERO prima bonarum literarum elementa perdidit. Ibidem abſoluto integro anno, domum à parentibus vocatus, M. ERICUM de BECKE in optimis literis præceptorem impetravit. Tandem ſe Academicis adjunxit. In hac Illuſtri Univerſitate Rostochienſi Anno 1615. Orationem de Præſtantia artium & literarum, illarumq; oratoribus & roſoribus, non ſine applauſu habuit. Bonis dein avibus & læto augurio hinc diſcendens, Jenam luſtravit, ubi per triennium vixit, ſuumq; ſucceſſive habitaculum ſumſit, apud Adm. Reverendum & Celeberrimum Dn. ALBERTUM GRAWERUM, S. Theol. D. & Prof. ac Conſultiſſimum & Ampliſſ. Virum Dn. JOH. GEORGIVM MULLERUM, J. U. D. & Conſiliarium Ceſſiſſimi Principis Altenburgenſis, ut in ſtudiis ſuis hos præprimis quotidie Antecellentes haberet; multum enim prodeſt, cum bonis habere perpetuum commercium. Ut ad ſalutem corporis multum confert ſalubritas aëris, & ſitus conveniens loci; ſic ſi bonus vis fieri, in ſocietate bonorum & ſervorum J. C. degas oportet. Si enim ad ſalutem corporis fugis loca contagioſa, cur non ad animæ ſalutem fugies converſationem malorum, & adjunges te bonis ſicuti hic factum. Poſtquam Præſide D. MULLERO ibidem diſputaſſet de ſervitutibus tam hominum quam rerum, luſtravit varias Germaniæ Reſpublicas ac Academi-  
as, Erfurdiam, Argentoratum, Lyſſiam, Francofurtum ad Moenum &c. His non contentus, ivit propè per integrum Galliæ regnum, & quid Paryſiis inq; aliis Scholis Regiis notandum erat, ſedulo obſervavit. Cum ſic non velut Palinurus ſed ut Ulyſſes ſe moviſſet, exantlato itinere in Patriam, variarum rerum notitia imbutus, rediit.


diit. Ubi Deo sic disponente, matrimonii capistros  
præbere debuit, & Anno 1620. Septimo Cal. Octob. ad  
individuum vitæ societatem honestissimi conjugii legi-  
bus sibi devinctam fecit JUSTINAM Grefen/ filiam  
Viri Spectatissimi Dn. NICOLAI Grefen/ Civis Pri-  
marii, foeminam lectissimam. Ex qua quatuor filios  
suscepit, Pl. Reverendum & Præclarissimum Dn. M-  
JACOBUM Weselin/ Pastorem apud Tonningenses in  
Holsatia vigilantissimum, meum quondam commiliti-  
tonem dilectum. Deinde JOHANNEM p.m. Etiam  
Cl. Dn. NICOLAUM Scholæ Tønning, Rectorem  
fidelissimum, ac VALENTINUM, qui jam Dan-  
tisci mercaturæ dat operam. Verum hæc mellita Caja  
Anno 1630. V. Januarii, ipsi per mortem adempta. Ue  
porrò vitæ sociam haberet, ad secunda vota transiit,  
Anno 1632. Virginem Ornâtissimam DOROTHEAM  
Marstallers/ Consultissimi & Amplissimi Dn. PRO-  
THASI Marstallers/ J. U. D. & Illustrissimorum Ducum  
Mecklenb. ULRICH, CAROLI, ac JOHANNIS  
ALBERTI, p. p. m. m. Consilarii, filiam dilectam ad-  
sociavit sibi, quâ cum laudabiliter in conjugiali nexu  
per XXI. annos vixisset, suscepit septem conjugii flo-  
sculos, nempe PROTHASIVM S. Th. & JOHAN-  
NEM CHRISTIANUM, L. L. Studiosos eruditissi-  
mos, item JOACHIMUM jam emortuum, ANNAM  
MARGARETHAM, HENRICUM BERNHAR-  
DUM, ANNAM DOROTHEAM, & ANNAM  
SOPHIAM, qui omnes juxta cum Matre nunc vidua  
Patris præmaturum obitum lacrymis non satis exprime-  
re possunt.


Quis hic Dn. JOHANNES Weselin/ in vitæ  
suz curriculo fuerit, vobis omnibus notum erit; Ipse  
pre-

propter insignes suas virtutes primo sedecimvir fuit,  
donec Anno 1637. in Senatoreum ordinem adscitus, Reipubl. hujus administrationem non sine applausu suscepit, & laudabiliter hucusq; sustinuit. Sacra quoq; sibi curæ esse voluit, congregationibus sanctorum vix se subtraxit. Plura non addo, cum omnibus in aprico sit, quam bonus hic vir fuerit. Cum autem vita nostra sit via ad mortem. VII. Nov. noster *paucis* in morbum ac febrim ardentem incidit, postquam saltem priori die Dominico, corpore ac sanguine Christi in Sacra Cœna publice satiatus fuerat; quæ malignitas, adhibitas medelas admittere noluit, sed inter preces Confessionarii sui Viri Adm. Reverendi Cl. & Excellentissimi Dn. CASPARI MAURITII, SS. Th. D. Pastoris ac Professoris celeberrimi, Collegæ plæstimati, interq; suspiria Uxoris ac liberorum, vitæ filum disruptit XVII. Nov. cum annum ætatis LVIII. ageret. Deus sua adfit gratia his afflictis, quod iisdem animum exoptamus. Anima remigravit ad eum, à quo data, & cui ardentibus precibus commendata erat, corpus terræ matri hodie, *circa horam primam in templo Mariano*, reddetur. Nostrum erit ostendere benevolentiam nostram erga pie defunctum, & ad sacra hæc mortualia frequentes tempore ac loco dictis, convenire. Ite ergo exsequias Cives Academici. *Ite & bene ac beate mori discite.* PP. Rostochii sub Sigillo Academix. XXII. Nov.  
Anno M. DC. LIII,













diit. Ubi Deo sic disponente, matrim  
præbere debuit, & Anno 1620. Septimo  
individuum vitæ societatem honestissi  
bus sibi devinctam fecit JUSTINA  
Viri Spectatissimi Dn. NICOLAI Sr  
marii, foeminam lectissimam. Ex qua  
suscepit, Pl. Reverendum & Præclariss  
JACOBUM Weselin/ Pastorem apud T  
Holsatia vigilantissimum, meum quor  
tonem dilectum. Deinde JOHANNI  
Cl. Dn. NICOLAUM Scholæ Ton  
fidelissimum, ac VALENTINUM  
tisci mercaturæ dat operam. Verum hæ  
Anno 1630. V. Januarii, ipsi per mortem  
porrò vitæ sociam haberet, ad secunda v  
Anno 1632. Virginem Ornatisissimam DO  
Marstallers/ Consultissimi & Amplissim  
THASI Marstallers/ J. U. D. & Illustrissim  
Mecklenb. ULRICH, CAROLI, ac  
ALBERTI, p. p. m. m. Consilarii, filias  
sociavit sibi, quâ cum laudabiliter in co  
per XXI. annos vixisset, suscepit septem  
sculos, nempe PROTHASIVM S. The  
NEM CHRISTIANUM, L. L. Studior  
mos, item JOACHIMUM jam emortu  
MARGARETHAM, HENRICUM  
DUM, ANNAM DOROTHEAM,  
SOPHAM, qui omnes juxta cum Matr  
Patris præmaturum obitum lacrymis non  
re possunt.

Quis hic Dn. JOHANNES Weselin  
suz curriculo fuerit, vobis omnibus notu

